



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXVIII. Metropolitanorum Archiepiscoporum, Episcoporum,
Chorepiscoporum officia moribus & Reipublicæ necessaria, vtilia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

ab Archiepiscopis fiboranda, ita inter duos Episcopos Cantuariensem, & Eboracensem, quos in rebus Ecclesiasticis, ad regium tribunal mitti non oportet; alium ergo iudicem sibi legant, oportet. Ut ergo concordia teneatur vnum esse sacerdotem necesse est, qui confratres omnes dirigat; Quin etiam eouique procedit Sarauia, pag. 85. ut Petrum Collegio Apostolorum præfuisse scribat. Verba eius. *Quod Apostolos attinet qui simul aliquandiu Ierosolymis vixerunt, certum est à Domino non fuisse creatos vt simul eodem loci, siue regionis vnus, siue vrbs, manerent: quamobrem collegio aliquæ præfici nihil necesse fuit. Tamen quamdiu simul vixerunt Ierosolymis, vnum quempiam tunc præfuisse collegio duodecim Apostolorum, non est absurdum: quod dum obstinatius negatur, nihil bona causa contra Romanum Episcopum iuuatur. Quis vniquam conuenientem vidit aut cœtum conuenisse, in quo non aliquis præfideret, qui quæ agenda essent proponeret, & sententias rogaret, atque suffragia colligeret? Quod etiam si Petro delatum fuisse à collegio Apostolico, cum præfiscis patribus dicamus, nil ea re causâ Romani Episcopi datur, vnde suam tyrannidem stabilitat: fuit etiam hoc in Petro temporarium, & dispersis Apostolis finitum.*

Hic notandum. 1. Non absurdum vnum præfuisse. 2. Imo absurdum, si nemo præfisset, quia nullus tã absurdus est cœtus, in quo non aliquis præfideat. 3. Id Patres fateri Petro collatum. Hæc vera sunt, & contra hæreses multas; itaque huic homini necessitas verum extorsit. 4. Hanc Petri præfecturam facta dispersione finitam. Quod falsum est. Nam à Christo illi data est, deinde patres quos testes præfecturæ Petreæ producit, eam temporariam negant, & ad successores deriuatam concedunt. Tertio, Tam erat necessitaria in dispersis quam coniunctis. Nam sicut opus est præfide in congregatis, ita opus est conuocatore in dispersis, alioqui nemo fuisset, qui Apostolos omnes, vel aliquos conuocare posset. Quod si omnino paritas seruanda est, nemo vlli, non multi paucis, non pauci multis imperare possunt. Quodcumque enim par pari imperat, tyrannis est. Quam ob causam ridicula est, quæ nunc tentatur Synodus Dordraci; nam et si præfide eligunt, non tamen auctoritatem habent, & ipsa Synodus nil tot fratrum suorum millibus, omni modo paribus imperare potest. Curenim pauci in plures vsurpent iubendi potestatem? Quod si dicant: Eam potestatem à magistratu politico factam, iam maior tyrannis oritur, quam in vlla vniquam Ecclesia probata sit; nam ipsi Ordines, & eorum præfices Archiepiscopos, & Patriarchas faciet, tum prædicantes alios imperare, alios parere iubebit. Quod si vnum omnibus præficiat erit is Patriarcha Hollandiæ, si idem faceret Rex quispiam potens, aut imperator vnum omnium regnorum Patriarcham constitueret. Atque ita dum Monarchiam fugiunt, singuli tyranni scilicet inueniuntur. Verum hac de re alias actum à me.

Nunc hoc moneo, ita Patriarchas, Archiepiscoposque in instituendos, vt in mores, & disciplinam maxima cum potestate possint inquirere, & corrigere. Minimam autem in thesauris, opibusque potestatem habeant, minime etiam obesse possint.

CAPVT XXXVIII.

Metropolitanorum Archiepiscoporum, Episcoporum, Chorepiscoporum officia moribus & Republica necessaria, utilia.

Metropolitani & Archiepiscopi
§. 1. **M**ETROPOLITANI & Archiepiscopi pro
iusdem in iure accipi solent. 9. q. 3. & in fin.
§. de Monarchis, & in §. non autem, de non alienan-
dis rebus Ecclesiasticis, in authent. ita Rebuffus, in §.

1. Institut. Gregorius Tolosanus. Illis autem in vr-
bus collocabantur, quæ *metropoles*, & primariæ erant,
in quibus prouinciarum rectores residebant. Con-
trarium tamen sensit Henricus Kalteisen in oratione
de punitione criminum publicorum in Conc. Basi-
leensi. idque ex Rabano l. de instit. Cler. c. 5. *Ordo Epi-
scoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchas, Archiepi-
scopos, Metropolitanos atque Episcopos. Patriarcha Græca lin-
gua interpretatur summus Patrum, qui primum, id est, Apo-
stolicum retinet locum. & ideo quod summo honore fungitur,
tali nomine censetur, sicut Rom. Antioch. Alex. Archiepiscopo
vocabulo dicitur, quod sit summus Episcopus; tenet enim vi-
cem Apostolicam & præfide tam Metropolitanis, quam Epi-
scopis ceteris. Metropolitanus autem à mensura ciuitatum vo-
catus sunt, singulis enim prouinciis præeminet quorum auctori-
tati, & doctrinæ ceteri sacerdotes subieci, sine quibus reliquis
Episcopis nihil agere licet sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis
commissa est. Omnes autem superius designati ordines, vno eo-
demque vocabulo Episcopi nominantur, sed ideo priuato no-
mine quidam vtuntur, propter distinctionem potestatum quæ
singulariter acceperunt. Patriarcha pater principum, & ideo
enim Princeps, Archep. Princeps Episc. sicut Metropolitanus à
mensura ciuitatum.*

Archiepiscopos Metropolitanis anteponebat, quasi
sint nonnulli Metropolitanis, qui Archiepiscopi non
nominantur; nominantur, inquam, vix enim credi-
dero vocari Metropolitanum, cui officium Archie-
piscopi non conueniat, nisi quod loco citato, vt &
distinct. 21. Cleros. Archiepiscopus dicatur etiam præ-
fide Metropolitani. Quamuis in Germania appa-
reat ratio distinctionis alia; nam Metropolitanis di-
cuntur ab vrbe principe vnus prouinciæ, Archiepi-
scopi diuersarum sub se prouinciarum Episcopos ha-
bent. V. G. Archiepiscopus Moguntinus, Spirensis,
Curienfis, Halberstadenfis, Wormatiensis, Ar-
gentoratenfis, Paderbornensis, Wirtzburgen-
sis, Werdenfis, Constantiensis, Eistadiensis,
Hildesheimensis, Augustanus, Moguntia non recte,
Metropolis more veteri respectu harum prouincia-
rum dicebatur, cum aliæ sint prouinciæ, aliæque Me-
tropoles.

Budæus originationē, & vetera tempora respexit,
cum Metropoles nominat eas vrbes ex quibus dedu-
ctæ sunt Colonie, nihil enim hoc ad Archiepiscopa-
tus, & Metropolitanos nostros. Imo nec ad tempora
imperii. Nam Colonie pleræque Metropoles supe-
rarunt, Tyrus à *tyria* Sidonis fuit, Tyri Carthago, &
Carthaginensis tamen Archiepiscopus Tyrio nequa-
quam subiectus erat, sed hic Antiochenum agnoscebat
Patriarcham. Metropoles igitur sunt, quæ non
origine, sed cura, sollicitudine, auctoritate, potestate
materna alias regant Ecclesias.

§. 2. Archiepiscopus olim eligebatur ab omnibus
sue ditionis Episcopis, ita Anicetus Papa. *Sed crescente
numero Episcoporum, nisi necessitas interuenerit, debent etiam
plures augeri, id est, si Archiepiscopus diem obierit, & alter or-
dinandus Archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdem prouin-
ciæ Episcopi ad sedem Metropoleos conueniant, vt ab omnibus
ipse ordinetur. Oportet autem vt ipse, qui omnibus præesse debet,
ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui vero compro-
uinciales Episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus, à tri-
bus, iussu Archiepiscopi, consecrari possunt Episcopis, sed melius
est, si ipse cum omnibus, eum qui dignus est, elegerit, & cuncti
pariter sacrauerint Pontificem. Et licet istud, necessitate coge-
re, concessum sit: illud tamen, quod de Archiepiscopi consecra-
tione prædictum est atq; præceptum, id est, vt omnes suffra-
nei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia qui illis præ-
est, ab omnibus Episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin ali-
ter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia
irrita erit eius secus acta ordinatio. Ipse autem Archiepiscopus
nihil de eorum causis, aut de aliis communibus, iuxta statuta
Apostolorum, abque cunctorum illorum agat consilio: nec illi,*

Archiepiscopi
Germaniæ eos sub
se habent
Episcopos,
quorum
vrbes non
sunt civiliter
sub Me-
tropoli.

Quæ Metro-
poles.

Archiepi-
scopum eli-
gebant Epi-
scopi.

nisi quantum ad proprias parochias pertinet, sine suo: quoniam tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis.

Renouatum est hoc in Concilio Aurelianensi 2. anno 536. can. 7. Inordinandis.

Archiepiscopus sine consilio Episcoporum nihil agit. §. 3. Sine consilio aliorum Episcoporum agere nihil debet. Idem Anicetus. Ipse autem Archiepiscopus nihil de eorum causis, aut de aliis communibus, iuxta statuta Apostolorum absque cunctis illorum agat consilio: nec illi nisi quantum ad proprias parochias pertinet: sine suo, quoniam tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis.

Idem recte etiam statutum legibus Franciæ l. i. c. 8. tempore Caroli magni. Nam opus est Episcopo sua ad gubernandum auctoritate, & libertate, si aliquid prudenter nouandum arbitratur, id Metropolitano indicet.

Archiepiscopi non vocandi primates. §. 4. Primates ne vocentur, idem Anicetus. Nulli Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent ciuitates, quarum Episcopos Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas & Primates esse constituerunt, nisi aliqua gens ad fidem conuertatur cui necesse sit, propter multitudinem eorum Primatem constitui. Reliqui vero qui alias Metropolitane sedes adepti sunt non Primates, sed Metropolitani nominentur. Si autem aliquis Metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium provincialium presentia vel consilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas, nisi eas tantum, quæ ad propriam suam parochiam pertinet, agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps presumere audeat. Si vero incorrigibilis, eiusque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem cui omnia Episcoporum iudicia terminare precepta sunt, eius contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, graue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tunc ad eius Primatem causa deferatur, & penes ipsum huius sanctæ sedis auctoritate iudicetur.

Roma pallium accipiunt. §. 5. Romanæ Ecclesiæ fidei professionem faciunt, palliumque petunt ita Ioan. Wiliberto Agrippin. Episc. dist. 100. c. 4. Optatum tibi pallium nunc conferre nequimus: quia fidei tue paginam minus, quam oporteat, continere reperimus: cum videlicet in ea nullam sanctarum vniuersali Synodorum, in quibus fidei nostra Symbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorum constitutorum secundum morem feceris mentionem: sed nec illam propria subscriptione munieris, nec aliquam, qui hanc iureiurando firmaret, miseris.

Suis omnes limitibus sunt contenti. §. 6. In aliena ditione nihil tentet, ita Cælestinus ad Episcopos Galliarum. Primum, ut iuxta Canonum decreta, vnaquæque provincia suo Metropolitano contenta sit, ut decessoribus nostri data ad Narbonensem Episcopum continentem constituta, nec usurpationis locus alicui sacerdoti in alterius cõcedatur iniuriæ. Sit concessi sibi contentus vnusquisque limitibus: alter in alterius provincia nihil presumat, nec emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini, & extranei, & qui antea ignoti sunt ad exclusionem eorum, qui bene de suorum ciuium merentur testimonio, preponantur: ne nouum quoddam de quo Episcopi sunt institutum videatur esse collegium. Nullus inuitis detur Episcopus. Clerici plebis & ordinis consensus ac desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Ecclesia, si de ciuitatis ipsius clericis, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit reperiri. Primum illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito preferantur. Habet vnusquisque clerico suo suum fructum militia in ecclesia, in qua sua per omnia officia transiit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepit: nec alii debitam, alter sibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægriuari: & quos sibi ingredi ex transuerso agnouerint, non timeant refutare.

Et paulo post: Subsequitur & supplet Apostolus, eodem locutus spiritu, vnus vxoris virum debere Episcopum consecrare. ad hanc ergo elegantur formulam sacerdotes: & si qua facta sunt ordinationes illicitæ, remoueantur, quoniam stare non possunt, nec discussionem nostram subterfugere poterunt, quamuis latere se existimant, qui taliter perueniunt, ut nulla religionis reuerentia, obsecratione susceperit. Non sit vana gloriatio palliatis Episcopalis morem, qui Episcopi sunt, se quan-

tur. Daniel, ut diximus, qui accusationem pontificali honore subterfugere posse se credidit, & ad satisfaciendum tantum, accusatores suos latendo, peruenit, à sanctitatis vestra cõtinenti se non uerit segregatum, qui se nostro iudicio debet obicere, si conscientia sua nouit cõfidentia se habere. Massiliensis vero Ecclesia sacerdotem, qui dicitur (quod dictu nescis) in necesse fratri sui taliter gratulatus, ut huic qui ei sanguine cruciatus aduenerat, portio nem cum eodem habiturus occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. Dat. 7. Kal. Aug. Felice Tauro viris clarissimis Coss.

Singulis annis Synodum celebrant. §. 7. Singulis annis Synodum celebret, ad quæ venire omnes cõprovinciales tenentur, ita Aurel. Syn. 3. an. 540. celebrata, capitulo 1. Primum, ut vnusquisque Metropolitani in provincia sua cum cõprovincialibus suis singulis annis Synodale debeat opportuno tempore habere Concilium. Quod si illum infirmitas aut necessitas certa tenuerit, ut ad alium cõstitutum locum adesse non possit, ad suam ciuitatem suos euocat fratres, Quod si intra biennium diuinitus temporis tranquillitate concessa, admonitis provincialibus, à Metropolitano Synodus inducta non fuerit, Metropolitani ipse pro euocationis tarditate anno integro Missas facere non presumat. Quod si euocati, non corporali infirmitate detenti, adesse sua abusione desexerint, simili sententia subiacent. Qui tamen & hanc excusationem sibi nouerint esse sublatam, si absentiam suam diuisione fortis crediderint excusandam. Eadem & plura in Conc. Emericitano c. 4. §. 6. statuitur. Hoc eius munus esse ut moribus inuigilet, & per Synodos omnia corrigat, etiam aliis multis conciliis statutum est, Tarraconensi c. 6. & 13. Epistolæ tales per fratres à Metropolitano sunt diuigilæ, ut non solum cathedralibus ecclesiis presbyteris, verum etiam de diocesani ad Concilium trahant, & aliquos de filiis ecclesiæ secularibus secum adducere debeant.

Episcopi tenentur agnoscere Metropolitani. §. 8. Episcopi tenentur agnoscere Metropolitani, & nihil sine eo agere, id renouauit Bracaren. Conc. 2. Per singulas provincias oportet Episcopum cognoscere primum Metropolitani Episcopum. & ipsum primum curam suscipere: nihil aut agere reliquos Episcopos prater eum, secundum quod antiquitus à patribus nostris constitutum continetur in canone. Propter quod & Metropolitani Episcopi nihil sibi presumptiue assumat absque concilio cæterorum. Nihil noui in sua parocchia Episcopi constituere sine cõficta Metropolitani queunt, nam Metropolitanorum auctoritas præcipua est in Episcopos subiectos. Ideo Synod. Antiochena iubet Metropolitanos respicere.

Metropolitani Episcoporum operum abusi non debent. §. 9. Abusus Metropolitanorum munia sua Episcopi delegantiū reprehenditur, & dānatur in Synod. 8. gener. actio. 10. c. 2. 4. Diuina scriptura dicente maledictus omnis homo, qui facit opus Domini negligenter, quidam Metropolitanorum in extrema negligentia & desidat delapsi, præceptionibus suis subiectos ad se adducunt Episcopos, & cõmittunt eis ecclesiæ propria diuina officia, & litania, & cuncta omnino sacra, quæ ad se pertinent, ministeria, ita ut per illos celebrent omnia, quæ per semet alacriter agere debuerint, ac per id eos, qui Episcopalis dignitate meruerunt, quodammodo clericos sibi subiectos exhibeant. Vacat autem iudex præter Ecclesiasticas leges secularibus curis, atque dispositionibus, dimittentes perseuerare in orationibus & obsecrationibus pro suis delictis, ac populi ignorantis, quod nunquam ad aliquos penitus inueniunt, cum sit canonicis nimirum contrarium omnino præceptis: & quod scimus est, quæ suis stipendiis per distinctas mensum vices accipiuntur prædicta perficere ministeria, quod ab Apostolico munimine modis omnibus ostenditur alienum. Hæc autem omnia magnis & multis ac vehementissimis damnationibus dignis huiusmodi statuunt, probantur n. tales per hæc, quæ faciunt etiam sathanica iactantia & superbia laquere. Quisquis ergo Metropolitanorum post hæc sanctæ ac vniuersalis Synodi definitionem, eadem audacia vel superbia, & contemptu abusus, non per se cum timore, & alacritate, seu conscientia bona, debita ministeria in propria ciuitate, sed per iustitraganeos Episcopos suos efficere tentauerit, penas exsoluat coram proprio Patriarcha & aut corrigatur, aut deponatur.

§. 10. Præcipua cura est illi, de sua ordinaria diocesi, quam gubernat, secundariæ, sed necessaria tamen sollicitudo aliarum ditionum; Itaque cognoscit contouersias, & Episcoporum suorum negli-

gligentiam supplet, dum quod sponte facere Episcopus debuit, ipse facit 9. q. 3. Cum scimus debitores omnes sacras regulas custodire, & eam, quae dicit in vnaquaque ecclesia oeconomus esse debere, modis omnibus inuolabilem custodire debemus. Et, si quidem unusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit oeconomum, bene utique est, si autem ex auctoritate propria Constantinopolensis episcopi licentia est proponendi oeconomus in eius Ecclesia. Similiter & metropolitanus, si episcopi, qui sub eis sunt, non saterint oeconomos statuere in suis ecclesiis. Id ipsum autem seruandum est, etiam in monasteriis.

Hinc dioceses suorum obit, visitat, inquit, commendat subditorum vitam, quam ob rem vicissim illi subsidia debentur, cum ex officio de praescriptio. c. sopita. 14. can. cum nuper. de censib. ap. Greg. Hac in visitatione omnibus pontificum uti insignibus, benedicere populo, crucem praeferi iubere potest. Clement. Archiepiscopo, de priuilegio.

Hac ita a patribus constituta in vni omnino reuocando sunt, ad disciplinam ecclesiae restituendam, neque vllius potentia tanta esse debet, ut ordinem hunc immutet. Non potest vnitas, & vitae integritas conferuari, si sua in diocesi quilibet Episcopus velit esse Papa.

CA P V T XXXIX.

Episcoporum officium summe necessarium, varium, eius dignitas, &c.

Episcoporum nomine omnes veniunt, etiam Papa &c. §. 1. EPISCOPI vocantur Papa, Patriarchae, Archiepiscopi, verum cum illi iurisdictione differant, alioqui par sit pene atque idem officium, vitae integritas ab omnibus requiratur, pauca nunc de Episcopis dicenda; pleraque enim in superioribus sunt exposita.

Presbyteri aliquando didi Episcopi. §. 2. Episcoporum nomine aliquando etiam presbyteri, dicti sunt. Aerius quod Episcopatu arceatur, negauit illa diuersa esse officia, ita Epiph. haeresi 75. de quare Baronius in anno Christi 88. copiose disputat. & ex haereticis Sarauia de diuersis gradibus ministrorum, praesertim a pag. 334. Initio quidem Apostoli soli erant Episcopi, & presbyteri, tandem crescente multitudine fidelium fecere etiam presbyteros, & Episcopos, quibus diuisiones suae administrationes assignarunt.

Episcopi non a populo. §. 3. Hinc constat Episcopos constituendos non ab populo vel regibus, sed Apostolorum successoribus, pontifice, Archiepiscopis, Episcopis; quamuis enim aliquando populi, vel principes electioni fuerint adiuncti, primum tamen ius penes clerum, & Episcopos est, non modo ut ab Episcopis consecrentur, sed etiam designentur. Populus saepe flagitabat Episcopum, etiam vsque ad seditionem, Niceph. l. 1. c. 30. hist. eccl. Diu tamen ea res durauit in ecclesia, Videatur Athanas. de persecutione ad orthodoxos. Eadem pene fuit electio Ambrosii. Theod. l. 7. vide & distinctione 23. c. illud. & 64. c. 1. de electione Episcoporum, vide T. 4. conciliorum, p. 1. p. 402. & 571. & 749. 729. 630. Maxime tamen semper curatum, ut electiones seditione vitarentur. T. 2. conc. p. 2. p. 405.

Populus saepe flagitabat Episcopum. §. 4. Ad seditiones igitur cauendas aliquando bonis, & bene meritis imperatoribus concessum est proponere Pontificem, & Episcopos, ut Carolo Magno circa annum Domini 780. in Concilio Romano distinct. 63. c. 22. Adrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas res ecclesiae postulauit. Carolus vero Romam veniens Papiam obsedit, ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Hadriano Papa Romae honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reuersus Papiam, cepit desiderium regem: deinde Romam reuersus constituit ibi synodum cum Hadriano Papa in patriarchio Lateranensi in ecclesia sancti saluatoris: quae synodus celebrata est a CLIII. episcopis religiosi, & abbatibus. Hadrianus autem Papa cum vniuersa synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriarchatus ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, & episcopos per singulas provincias ab eo inuestituram accipere definiuit: & ut nisi a rege lauderetur & inuestitur, episcopos a nemine consecraretur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit, & nisi resipisceret, bona eius publicari precepit.

Multis canonibus hoc quoque constituitur, in quibus, vel designatio, vel inuestitura, vel consensus imperatoris requiritur, ut c. 15. 16. 17. 18. 21. 23. 24. 28. quae postea tamen sublata sunt. Cum tamen ea res imperatoribus, & principibus, suas utilitates, non ecclesiae commoda, populiue salutem spectantibus, male administraretur, iterum se ecclesia in libertatem vindicauit, & more veteri electionem fecit. Nam postea de ea re longa fuit lis inter pontificatum, & imperium. Quod prospicientes Romani, tempore Ludouici primi Hadrianum secundum sine praesentia legatorum Caesareanorum elegerunt, cap. 29. Ludouicus id ipsum approbavit.

Postea Henricus quartus nundinator Episcopatum nequissimus a Paschali 2. captiuo utcumque extorsit eam potestatem, sed restitit concilium Romanum, totumque imperium se in imperatorem flagitiosissimum commouit. Nec alia ratio fuit in oriente, ubi anno 965. Phocas legem tulit, ne sine imperatoris consensu Episcopi eligerentur, ita in lib. iuris orient. 4. tit. Causarum pugnarum opes ecclesiae, ad quas avara aulicorum ambitio anhelabat, Phocas certe a suis ministris aliquos ecclesiis immittebat Episcopos, quibus demensum aliquod constuebat, reliqua in sua praemia conuertebat, quam rapinam Basilii abrogauit, ecclesiae priuilegiis restituit, sed vergentibus semper in peius Graeciae rebus ea omnia Alexius Comnenus concussit, synodo refragari non audente. In Gallia multa quoque regibus delata sunt, quae anno 1560. moderatione magna ne in vnus potestate essent omnia, temperata fuere.

§. 5. Episcopis honor magnus, pene regius, & interdu maior exhibitus est, praecipue cum dignitatem ornauit sanctitas, Martino sane imperator non modo assurrexit, sed etiam seruiuit. Omnino vero conuenit, ut velut publicus, & a Deo constitutus censor morum, & doctor a cunctis audiat.

§. 6. Officium & finis Episcopalis, ut ecclesiarum ministri, clerus, populusque dioeceseos recte, ordine, in rebus spiritualibus gubernetur. Quae igitur cura latior est in Archiepiscopo, & Patriarcha, latissime patens in Romano pontifice, eadem in Episcopo est ad dioeceseos propriae administrationem restricta.

1. Omnium Ecclesiarum suae dioeceseos, omnium monasteriorum cura & sollicitudo ad Episcopum pertinet. 2. Clericorum institutio, gubernatio, correctio, reformatio, censura, iuridictio in foro exteriori, & interiore. Conuocatio Synodi, consecratio ornamentorum Ecclesiae, & Ecclesiarum ipsarum dedicatio. Chrismatis confectio, confirmatio, aliaque minora quorum multa aliis committuntur.

Sunt & alii, qui Episcopi dicuntur, nempe suffraganei, & Chorepiscopi. Sunt vero suffraganei improprie dicti, quos nunc ita nominamus, nam suffraganeos vocauit antiquitas eos qui sub Archiepiscopo aliquo suas dioeceses administrabant. Nunc ita vocantur, qui proprie, vereque sunt Episcopi, & Episcopatus sibi assignatos habent, sed quia illi detinentur a Saracenis, Turcis, vel Schismaticis, & haereticis, ipsi alio loco degunt, & Episcopos aliorum locorum adiuvant. Na quilibet Episcopus potest in alio Episcopatu, cum Episcopi consensu munia Episcopalia exercere.

Cum igitur vere sint Episcopi vrbium in Graecia, Asiaque constitutarum, si spes aliqua effulgeret illis vere Episcopum in locis

Ecclesia iterum se in libertatem vindicat.

Henricus quartus frustra extorsit.

Aulici anhelant ad opes ecclesiae.

Episcopus audiri debet.

Suffraganei veteres.

Suffraganei in locis